

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De decem milibus [martirum] cli

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

De decem milibus martiruz

tum nō modicū sustineret. Quib⁹ rex nimis credulus cum expelli iussit. Clementes autē milites ad eo eius verbis cōpuncti sunt. q̄ se suos futuros discipulos spondiderunt. Rex quoq; penitus veniam petijt. et detractores rebus et honoribus priuanit et sanctum leonardum valde dilexit. et vix ad preces sancti detractores dignitati pristine restituit. Qui a deo similiter impetrauit vt quicunq; in carcere tenerentur mox inuocato suo nomine soluerent. Dum autē quadā die orationi incumberet serpens quidā maximus a parte pedū vsq; in eius sinū tēdit. Qui ppter hoc nullaten⁹ ab orōne surrexit. Completa vero orōne dixit ei. Scio quia ab initio creationis tue homines q̄rum p̄cuales inquietas sed nunc si in me tibi tradita est potestas. fac in me quicquid merui. Quo dicto serpens p̄ capucium exiliens ad pedes eius mortuus corruit. Post hoc autē cum duo s̄ epos discordantes sedasset in crastinum se finiendū p̄dixit. circa annos dñi. d̄lxx.

De decē milibus martirū c̄li A



DAssio et memoria decem milium martirum veneratur et colitur decimo kalē. iulij. q̄ omnes vna die pro. bristi nomine passi sunt sub adriano imperatore alijsq; sex regibus qui ei vincerunt in adiutorium. Hi sancti martires cum ab imperatore ad sacrificandū ydolis compellerentur dixerunt. Sacrificiū viuū et immaculatū offerimus nosmetipsos dño nostro ihesu xp̄o. qui pro humano genere nasci dignatus est. et descendere de celis multis malis affligi. et ad vltimū voluit

etiam pro nobis crucifigi. quem tu miser ignoras. Tunc iratus impator iussit eos diu torqueri et ad vltimū crucifigi. Et omnia tormenta q̄ passus est dñs noster ihesus xp̄s. forti animo et fide firmissima pro dño sustinuerūt. Locus igit vbi passi sunt beati martires mons est magnus. et vocat ararat et distat ab alexandria ciuitate quingentis quasi stadijs. A quibus autē passi sunt fuerunt exercitus regum qui illi venerāt in adiutorij triginta milia. Hora vero sexta illius diei terre motus factus est magnus. petre scisse sunt. sol obscuratus est. et oia signa q̄ in passiōe dñi visa fuerūt. etiā ibi visa sunt. Tunc sancti martires fundentes orationē ad dñm dixerunt. Dñe deus memento nostri in hoc patibulo crucis. et suscipe petitionē nostrā. et ea que a te exposcimus nobis concedere digneris. vt quicunq; memoriā nostri corde et ore cum ieiunio et deuotione celebrauerint. mereantur a te assequi fructuosam mercedē tribuēdo eis sanitatē corporum medicamē anime. et in domibus eorū intus et foris bonorū omnū vbertatem concede. Et si in prelio fuerint. nō eis nocere p̄ualeant inimici visibiles et invisibiles. te p̄ eis pugnāte. sed sicut placet tibi armis tuis eos p̄tege. Diesq; vnus ieiunij nostre passiōis vni penitentialem annū cōpleat obseruātib⁹ se deuoto corde. Et hoc dominator dñe a te poscimus. dissipa omnē occupationem et omnem inuidiam spiritū. omnēq; infirmitatem eorū expelle. quia gloriosus et laudabile est nomē tuū per omnia secula seculorū. Et respondentibus omnibus amen. facta est vox de celo dicens. Quere peritus dilecti. sicut mei scire vos ipetrasse. Gaude quoq; et letamini. quia orōnes vestre coram xp̄o. et immortalī rege veraciter sunt exaudite. Et his dictis in cōfessione emiserunt spiritū veraciter percepturi premia regni celorū. Amen.

De sancto luca c̄li A

Lucas interpretat ipse consurgens vel eleuans. vel dicitur lucas a luce. Ipse enim fuit cōsurgens ab amore mundi. eleuans se in amorē dei. fuit etiā lux mundi eo q̄ mundum illuminauit vniuersus. Mat̄. v. Vos estis lux mūdi. Lux autē mundi est ipse sol. que quidē lux habet in situ sublimitatem. Eccl. xxvi. Sol oriens mundo in altissimis dei. In aspectu delectabilitatē. Eccl. xi. Dulce lumē et delectabile est oculis videre solem. In motu velocitatē. ij. besdre. iij. Magna est terra et excelsus est celū et velox cursus solis. In effectu vtilitatē quia sc̄dm philosophū homo generat hominem et sol. Sic lucas habuit sublimitatem.